

V&em ihi , quia factus sum sicut qui colligit
in autumno racemos vindemiae. Et Beatus
David illam assimilat turturi solitario,
passerulo sub tecto delitescenti, & nyctico-
raci in deserto ac ruderibus vastatae urbis
commoranti. Ubi autem, ubi sint, novit
altissimus. Christus certè quidem cum ipsis
futurus est usq; ad finem mundi , nec relin-
quet illos orphans. Dominus enim suos
novit & qui sint Christi. In quem cen-
sum qui veniant, docet Apostolus: Dis-
cedant omnes ab iniustitia, qui Christi no-
men usurpant ; aut quibus ea mens non
est, aliud sibi nomen querant.

CAPUT XI.

EUM QUI CHRISTI VITAM NON
imitetur , seriam Pœnitentiam non
agere, Christianumq; & Dei Filium nō
esse ; tum quid secunda seu nova nati-
vitas, quidq; jugum Christi sit.

1. Pet. I. Christus nobis reliquit exem-
plum, ut sequamur vestigia ejus.

Summus Deus dedit nobis filium
suum, ut esset Propheta, Doctor &
Magister noster, quē proinde cœle- Christus
sti voce commendatum ut audiremus Doctor
præcepit. Quod officium filius Dei nō noster
verbis modo, sed exemplis insuper vi- Vita &
Doctrina.
tae na.